proferre aliquas litteras magis avibus stric-
te lingue. animalia vero habentia sanguinem quadru-
pedes et generant animal non habent vocem dulcem
vel parvam. quoniam lingua eius est dura non ab-
soluta. animalis sic lata. ¶ Aves vero par-
ve multe sunt vociferationis scilicet quia quedam
cognoscunt intentiones ad invicem vocife-
rando. et omnes aves cognoscunt hoc scilicet di-
versantur secundum magis et minus. et propter hoc o-
pinantur quidam quod quedam addiscunt voces
a quibusdam. lingue vero aliorum habentium san-
guinem oviparorum ambulantium non valent
ad vociferationem quoniam sunt diminute licet
sed valent ad gustum. lingua autem serpentis
et aliorum modorum lacertorum sunt longe et ha-
bent duos ramos. et propter hoc serpens extendit
ipsam extensione magna scilicet quia extrahit
ipsam ab ore et apparent multum longe
et habent in lingua duos ramos subtiles in
extremitatibus suis sicut pili propter subtilitatem
sensus eorum. et sapor humiditatis in eis est duplex. quoniam
sensus gustus in eis est duplex. et animal carens
sanguine habet membrum per quod sentit humiditates.
et quidam pisces habent viscosum per quod gus-
tant humiditates sicut tenchealyr fluminum
et in quibusdam non videtur hoc membrum propter eius ne-
cessitatem scilicet quoniam locus est spinosus scilicet oris
omnium aliorum qui sunt talis dispositionis. quoniam sensus
humiditatis est in aliquo parvo tempore. et
ab eis festine vadit ad ventrem. quoniam non
potest manere in ore tamen diu quia egreditur
humiditas eius per aquam. et sicut

Margin notes:
homo magis quam omnia alia animalia sensit
lingua hominis est sic absoluta
est mollis est ad sensum tactus
lingua mollis lata est ad bonitatem sermonis

non declinauit ad unam partem oris. non apparebit hoc membrum et maxime quando locus oris est spinosus et compositio eius non est ex compositione venarum. et non venarum est spinosa.
Tenchea autem in eo quod convenit parvitati et brevitati lingue eius similabitur motus mandibule. quoniam mandibula eius inferior non movetur omnino. et lingua eius est continua cum mandibula illa. Tenchea autem movet mandibulam superiorem econtrario motui aliorum animalium. quoniam mandibula superior movet superiorem econtrario motui aliorum animalium. quoniam mandibula inferior in aliis animalibus .... non movetur. lingua vero tenchee non est continua cum parte inferiori mandibule quoniam inter animalia est conversum inter animalia in aliis animalibus et est per accidens non autem ut aliud est quod est ambulans et regimen vite eius est sicut regimen piscium et ideo iste fuit iste membrum .i. lingua tenchee non continua. palatum autem est carnosum in pluribus animalibus marinis et in piscibus fluviorum forte erit carnosum valde molle sicut palatum piscis qui dicitur Roki et ideo isti putant plures videntes quod palatum sit lingua divisa. pisces autem habent linguam sed non divisam. ideo enim quoniam continue et habent membrum quod assimilatur lingue ad usum sui cibi sed non est ordo istius est actum lingue secundum totam dispositionem sed apparet ... ideo quoniam causam narravimus et est iste solum est in piscibus. Quia autem alia habent appetitum cibi. quoniam habent sensum saporis cibi quando apponitur cibus non est non ad dulce delectabile. sed iste membrum non est in omnibus animalibus consimile. sed membrum per quod sentit cibum sed iste membrum in quibusdam animalibus est absolute et in quibusdam applicatum cum mandibula inferiori et magis in quibusdam animalibus est durum et in quibusdam est molle carnosum. et ideo iste habet tale membrum ab molli testa sicut karabo et huiusmodi et habet etiam in ore aliud quod dicitur malachie sicut sepie et aliis multipedibus. Animalia autem vero anulosi corporis habent intus os tale membrum sicut genus formicarum et multa alia alia testei corporis et quedam istorum animalium habent illud membrum extra sicut aculeum. et non est molle vacua et per ipsum gustat et sentit et attrahit cibum et maxime in muscis et apibus et sibi similibus et .. iste mentibus est in quibusdam animalibus testei corporis. iste quoque membrum habet talem vigorem in aliis quod dicitur vochoni quod perforat testas quorundam membrorum haleium sicut sartoni et eo quod animales et multe bestiarum perforant per iste membrum corium hominis et aliorum animalium. Ista quoque dispositio lingue in istis animalibus et ista varietas iste membrum sicut veniunt elephantes addit ... quoniam lingua est data in istis animalibus ad faciendum opus quod facit et additam tamen et ideo iste fuit datum sicut aculeus lingue quoniam omnium animalium istorum per quod narravimus.
Sequitur dicere ....
de natura dentium animalium et aliorum in ore. quoniam os quorumdam dentes natura quod dentium in animalibus est quod videtur

apponetur non est non ad dulce del

de opone aculei in anulo

cibo et in quibusdam aliis ad vigorem s.
circa nocumenta. natura enim dentium in aliis
est quedam ut agat et non patiatur sicut in mul-
tis animalium agrestium comedentium carnes
et in quibusdam ad iuvamentum ad incidendum
et ad abscindendum cibum. et molares sunt lati
ad molendum. et inter anteriores et molares sunt
canini. et natura caninorum est media inter dentes
anteriores et molares. quoniam habent virtutem duorum
scilicet quia uno modo sunt acuti et alio modo lati. et ta-
lis est dispositio dentium in omnibus aliis que non habent
omnes dentes acutos. qualitas vero et quantitas
dentium hominis sunt convenientes ad loquelam et maxime
anteriores dentium. ¶ Quedam vero animalium
habent dentes propter cibum tantum sicut diximus
superius. et quedam propter vigorem. et quedam
habent duos culmos sicut porci et quedam
habent dentes acutos siccos ad modum ser-
re et propter hoc dicuntur fortes. quoniam vigor eorum est in
dentibus propter acumen eorum. et omnes dentes
fortes intrant se secundum situm ut non obtundan-
tur. et nullum animal habet dentes acutos inter et
culmos prominentes simul. quoniam natura non facit
superflue. et istorum motorum unus est propter vigorem
et alius est ad pugnandum. et propter hoc non habent por-
ci culmos prominentes et non mordent nisi
propter acuitatem suorum dentium. et ubi debemus
scire quod quando dicimus mas et quando nolumus
dicere [femina] s. femina non dat masculus(?) dentia vigoris
nisi aliis indigentibus illis ut aculeum un-
gues et cornua et culmos prominentes.
similiter et filia. et quia masculi animalium sunt fortio-

natura non facit superflue

res et animosiores forte erunt illa membra
in masculis tantum et forte erunt in masculis
fortiores quam in femininis. et propter hoc habent ma-
res eorum cornua. femine autem non. ¶ Similiter
vero quibus nec indigent sunt in femininis et sed minus
quam in masculis. membra vero quibus non indigent
aliquo modo necessitatis non sunt in feminis. et propter hoc
habent mares eorum cornua. femine autem non.
¶ Et inter cornua vaccarum et taurorum est
diversitas et similiter in cornibus ovium. den-
tes autem omnium sunt acuti preter unum genus piscium
quod dicitur grece ahakamyca(?). et in pluribus lin-
guis piscium et palatis sunt dentes et causa
illius est quia pisces non recipiunt aquam
cum cibo. quia propter hoc cito vadit aliquid ad ventrem
et non potest manere diu in orificiis eorum ne intret
aqua in ventres eorum et impleat eos. et propter hoc
sunt dentes omnium modorum piscium acuti
ut cito abscindant cibum et sunt in locis di-
versis quoniam cum multitudine dentium erit
abscisio cibi in partes parvas citius et
erit hic loco molitionis. et dentes piscium sunt
in [eis] quoniam vigor eorum est in eis. non enim est ori-
bus(?) in illis aliis propter illas operationes. et propter hoc ha-
nelitum in quibus animalium que hanelant. quoniam
non sicut diximus similis vacce(?) mutat membris in
operibus quibus sicut os. quoniam omnia alia co-
medunt per os. vigor vero est ... in quibusdam
aliis. hanelitus autem non est quoniam omnibus aliis
eodem modo. ¶ Et aggravavit istam non in eodem
modo et posuit exitum illius multis diversis secundum di-
versitatem operationum. et propter hoc quedam alia sunt

dum cor[porum] paruitatis et quedam magne et
grossis os quod indigetur ad uigorem est inter
te scriptus quoniam uigor illius aliis est in isto
membro. Et propter hoc omnia alia acutorum denti
um comedentium carnes multum apri
unt os ut sit suum morsus fortius. Et propter hoc
est aptum oris lupo magis et ceteris aptis pisa
rum sicut siluestris multe apertionis et magis pis
cium que mordent et comedunt carnes.
Aues vero habent rostrum loco labiorum et den
tium et rostra auium diuersantur secundum modum
indigentie et iuuamenti. Et propter hoc sunt
rostra auium incuruata que comedunt
carnes quoniam rostro fuit incuruatum po
terit esse tunc tenere id quod tenet. Vigor est
auium comedentium carnes est in rostro
et in unguibus. Et propter hoc sunt rostra du
rius et conueniunt regimento uite sicut
rostra auis perforantis arbores. Quoniam rostrum
huius est ualde durum forte. Et rostrum corui
silvestris. Rostrum vero generum auium paruorum est
subtile conueniens ad capiendum grana et silvestris a
uesque que uiuunt per cuniculos et habi
tibus et aues que comedunt herbas et que
habent inter pedem corium et que manent iux
ta aquam. Rostra vero illarum auium est conueniens
ad id quod ?uiuunt et quedam aues habent ros
tra lata quoniam latitudo rostri est conueniens ad
cauandum sicut latitudo que accidit
porcis inter alia alia quadrupedia scilicet por
cus est habens additamentum latum ad ca
uandum terram et comedunt radices et
alia sunt rostra auium comedentium radices
et habitant uitam silvestrem uite porcorum.
Iam ergo diximus omnia membra capitis et nar
rauimus dispositionem et causam creationis ca
pitis vero animalium que est inter rostrum capitis et collum
dicendum in hoc faciet. Quoniam nullus modus alius
est rectus. Cor pectoris hominum. Et nos volumus di
cere causam cornuum. Quoniam cornua sunt in aliis
generantibus alia nobis et in aliis est dicere cap
tem sumptum. Et est habent cornua que dicuntur
transumptiue cornua. Et cornua fu
erunt creata propter vigorem et iuuamentum
et quedam alia habent cornua debilia et
non sunt conuenientia ad pugnandum nec vigo
rem. Et omne animal firmi pedis multe firmitate
non habet cornua. Quoniam cornua non sunt nisi causa
vigoris animalium habentium multas fissuras
in pedibus. Et alios modos vigoris et
non dedit quibusdam aliis ungues inca
uatos et quibusdam dentes conuenientes
pugne ut plura alia habentia ungues fissas
fissas habent cornua et quedam alia est ha
bentia soleat. Origo ergo cornuum non
est nisi propter vigorem. Alia ergo quibus non
dedit ullum modum iuuamenti sicut uc
locitatem quam dedit equis aut magni
tudinem corporis ut elefanti et camelo
quoniam magnitudo corporis pluribus obstitit
ab aliis que habent alios modos iuuamen
ti. Et animal habens culmos permiscetur sicut
porci habent ungulas fissas. Alia vero que non
possunt habere iuuamentum per cornibus

natura dedit ei ad iuvamentum sicut dedit
velocitatem cursus. quoniam magnitudo corporis et
multitudo ramificationis suorum cornuum
est propter hoc suo nocumento quoniam iuva
mento. et similiter cornua taurorum silvestri
um et cornua hinnulorum. quoniam hi ad pug
nandum forte cum cornibus cum eo quod sunt eo
debiliores et fugit lupos et fortiores se
vacca vero agrestis cornua tenacia decli
nantia ad interius. et propter hoc dedit natura ei a
iuvamentum scilicet eiectionem stercoris remote
ut detineantur ab ipso venatores. Natura enim
non dedit multos modos iuvamenti eidem
et alia plura animalia cornua habent solita
larea et forte erunt alia animalia cor
nuta et soleas similiter. sicut asinus indi
cus. et quia corpora animalium sunt divisa secundum mo
tum scilicet dextrum et sinistrum habent quaedam alia duo
cornua scilicet cornu dextrum et cornu sinistrum
et quaedam habent unum cornu sicut asinus in
dicus et animal quod dicitur grece oritos habet solu
los. asinus vero secundum dictum indicus habet soleas
et causa quare habent unum cornu erit in me
dio capitis. quoniam medium capitis est commun
[illegible] inter extrema. et vere habet hoc animal unum
cornu et soleas et fissura non erit nisi
propter diminutionem quarundam membrorum minorum
et recte non habent cornua alia animalia so
leas. quoniam non possunt vigorem in soleis
et privavit caput a cornibus. Recte
ergo alia animalia soleas habent unum cornu.
et recte fuit origo cornuum in capite

de causa cornuum

non sicut dixit alchimor quoniam culpavit
taurum quia non habebat cornua in humeris et
fuerit quod si haberet cornua in humeris
impulsus esset fortior. iste ergo culpavit tau
rum quia cornua sunt in capite et caput
est debilius [illegible] secundum quod ipse finxit et
erravit in sermone eius. si origo cor
nuum esset in alio loco a capite esset ei
ponderosius magis prohibent operationes et non esset
iuvamentum per ipsa aliquod in eo et non debemus
tamen considerare a quo erit impulsio fortior
sed a quo magis potest. et propter hoc non sunt cornua in
manibus et pedibus. et si essent in ossibus
prohiberent eos. necesse ergo fuit origo cor
nuum in capite. Et debemus scire quod
cornua sunt durissima et solida nimi
ut tamen cervus propter hoc eicit cornua sua omni
anno ergo sua cornua ad iuvamentum
et propter necessitatem et propter pondus. Cornua
autem aliorum animalium sunt concava propter radicem
et residuum est durum solidum. quoniam istud est
[illegible] et melius ad impulsionem etiam
declaravimus quod de causa fuit non cornuum in
aliis et reddimus causam illius. et quare habent
quaedam alia cornua et quaedam non. et non fe
cit hoc natura nisi propter necessitatem scilicet quia corpus [illegible]
est multum in animali magni corporis et [illegible]
ad cursum habent cornua in capite mota
[illegible]. et non debemus cognoscere [illegible]
quod [illegible] habet [illegible]
fuit in [illegible] in pluribus. et pars ossium quae
est in corporibus animalium est [illegible]. et propter hoc est

ista pars mixta in aliis magni corporis
et hoc quod dico congruit est illi qui consideravit et
intuebatur illud. Et natura non facit nisi
quod melius est et perfectius. necesse est igitur
ut declinet materia istius partis terrestris
in quibusdam aliis ad partem inferiorem
scilicet in dentes et caninos prominentes et
in quibusdam in cornua. et propter hoc nullum habens
dentes in utraque mandibula habet cor-
nua. tale ergo animal non habet dentes in ma-
iori in mandibula inferiori. et quod diminu-
tum est in istis dentibus augmentatur in cor-
nibus. et cibus qui transit in dentes
mandibule superioris transivit in cornua.
cerva vero propter quod non habet femina eorum cornua
et habent dentes sicut dentes masculorum. et
non feminarum et masculorum est una natura et nulli
debent habere cornua. sed non privavit a
feminis eorum cornua quod non iuvat
eas nec est masculorum et quod est decet eas est
minor propter vigorem aliorum animalium in quibus
non transit pars terrestris in ista membra
scilicet in cornua. et non posuit magnitu-
dinem omnium dentium in aliquibus in quibus-
dam aliis et posuit caninos in quibusdam
prominentes. sic cornuum origo est in capite.
Iam ergo determinavimus et distinximus
et reddidimus causam membrorum capitis secundum
hunc modum. quedam vero sub capite est membrum quod
dicitur collum et hoc est in aliis habentibus collum. quoniam
hoc membrum non est in omnibus aliis et membrum quod
dicitur trachea et quod dicitur ysophagus sunt in collo

Creatio vero trachee est propter hanelitum quoniam
per ipsum est introitus et exitus aeris. et hoc
dico quod quedam alia non habent collum et pulmo-
nem sicut genus piscium. Et ysophagus vero est in-
strumentum per quod intrat cibus ad ventrem. et
notum est quod si animal non habet collum non habebit pulmo-
nem. nec indiget ysophago. et post est
sicut ventris post situm capitis. et nullum post est
situs pulmonis post situm capitis. quoniam debet esse inter
ea membrum sicut canna pulmonis et dividitur aer per
ipsum in concavitates pulmonis et in venis que
perveniunt ad ipsum. quoniam pulmo dividitur in
duas partes. et secundum hunc modum erit operatio pul-
monis completa et perfecta. scilicet introitus aeris
in ipsum et exitus eius. et quod instrumentum hane-
litus est longum necesse accidit ut sit ysopha-
gus inter os et ventrem. et est carnosus
et habet extensionem ad modum nervi et am-
pliatur apud introitum cibi. canna vero et
vena aspera est corpus cartilaginosum. quoniam
creatio eius non est nisi propter hanelitum et non propter
vocem et cetera. et vox debet esse dura levis. et
vena magna est coram ysophago
posita. quoniam prohibebat ipsum a receptio-
ne cibi. quoniam si aliquid ceciderit ex cibo in
venam magnam erit causa singultus
et multe accidentis et doloris deinde cum
singultus quod vena magna est cursus aeris et hu-
midi. quoniam non est in ea via procedens
a pulmone ad ventrem. secundum via autem pro-
cedens ab ore ad ysophagum manifesta
est visu. et cum accidit vomitus manifestatur

a q loco gnit hūitas· et manifestū ē q
qm̄ hūitas n̄ aggregat̄ in vesica s; in
vent̄e· deīn vadit a vent̄e i vesicā· et
supfluitates q̄ sunt in ventre rect
pūit dolorem ex fece vini mg̃· ⁊ ē h
accit in vulnib; q̄ sunt ī vent̄e recipi
unt· s; dignū ē nos redargui ab aliq
eo q loquunt̄ in sermone stultoꝝ· vena
aūt magna q̄ ē opposita coram ysopha
go· opposita ē magno nocumento· ⁊ ꝓp h
ingeniata ē nā ⁊ posuit sr̄ orificiū
eius coopertoriū· et ē mbū qd ē sr̄
radicem lingue· et h mbū n̄ ē ī oīb;
aīlib; gnatiuis aīa· s; in aīl hn̄tī pul
monē ⁊ n̄ ī pīmal cuius nā ī halitū
aīal· tale g ax n̄ hr h mbū· s; orifi
ciū cāne apit̄ ⁊ claudit̄ ap horam
indigencie hanelit̄· sicut apit̄ ⁊ clau
ditur cāna aīl hn̄tiū h mbū qd ē sup
radicem ling̃ vt n̄ cadat cib; ī cāny.
⁊ si aīt neclegit ⁊ hanelauit come
dendo· ⁊ potando· cadit aliqd de cibo ī cā
⁊ accidit tussis ⁊ strangulatio· et sicut
diximus supius optime ingeniata ē
nā in cāone ling̃ ⁊ mbri qd ē sup
radicem ling̃ ⁊ mot̄ eoꝝ ad molend
⁊ masticand̄ cibum in ore· et si re
manserit aliqd ex eo int̄ dentes ⁊ n̄ ev
ualit in lingua eūdo ad cānā ¶ Et
aīt qd narrauim̄ ca; h mbr qd ē sr̄
radicem ling̃· ꝓp siccitatē sue car
nis ⁊ duriciem sue cutis· qm̄ si hret

h mbr n̄ eēt boni mot̄ qr sba ei ē
ex carne sicca· ⁊ cute dura· ⁊ ꝓp h
apitur ⁊ claudit̄ orificiū cāne apud
indigenciā hanelit̄· circuli qm̄ mo
tus illi mbri cāti sr̄ radicē ling̃·
ex carne et cute qm̄ diximus· ¶ Ista
g ē dispō cāne in aīlib; hn̄tib; collū·
¶ Jam g diximus cāni quare qdam
aīla hn̄t h mbr ⁊ qdam n̄· s· epiglo
tum· et bn̄ ingeniatū ē nā ī erectio
ne orificii a cāna· cāna aūt posita ē
coram ysophago· qm̄ cor positū ē in
anteriori parte et in medio ¶ Et dico qd r̃ cor
cor ē pncipiū vite et omis sensus ⁊ omis mot
est in eo· sensus aūt et mot n̄ sūt n̄ De locatõe ⁊ ordīatõe cordis ꝓ a mb̄
in anteriori parte cordis· et ꝓpea disting̃
mediū ⁊ ultimū ¶ Et pulmo ū ē post
ū ē cor· ⁊ hanelit̄ ē ꝓp ꝓtonem ꝓp pncipiū
qd ē in corde· et hanelit̄ aeris primo
vadit ad anterius cordis· motio g mo
uet̄ epyglot̄ ⁊ cāna ap horam hane
litus· mīr ē g qr necessariū fuit loc̄ cāne
coram ysophago· qm̄ qd intrat cānam
puenit ad pulmonē ⁊ cor· qd aūt intrat
ysophagū· vadit ad ventrem mebrū no
bilius ⁊ melius· qr n̄ fuit alia res nobi
lior ꝓhibent ipm̄ vt sit ī pte supiori
n̄ erit in pte inferiori· ⁊ dignū ē vt
sit in pte anteriori· n̄ in posteriori in pte
dextra· ⁊ n̄ in sinistra. ¶ Jam g diximus
de collo ysophago ⁊ cāna· et nūc sequit
dicē de mbris interiorib;· ⁊ ibi ꝓpe sūt

in aliis habentibus sanguinem. et in quibusdam ali-
bus sunt omnia membra interiora et in quibusdam
non. Et erravit democritus in hoc quod dixit
quod membra interiora sunt in aliis carentibus san-
guine. sed tamen non apparent propter parvitatem
sui. et hoc non est. quia in aliis habentibus sanguinem
apparent membra interiora in principio sue crea-
tionis. quando ipsa sunt valde parva. et mani-
feste cor eius et epar. et forte [illegible]
um dicitur et magnitudo eius sicut [illegible]
tus et apparent in ovis ista membra valde parva
et illa apparent valde parva in abortu.
et sicut diximus quod usus membrorum exteriorum
diversantur secundum indigentiam corporis ita
diversantur usus membrorum interiorum secundum
modos regiminis vite. et membra in-
teriora sunt propria in aliis habentibus sanguinem. et
causa illorum sustentatur per sanguinem. et hoc non
est in parte. quoniam membra partium in virtute sui
corporis sunt valde magna sanguinea. Cor
autem est in omnibus aliis sanguinem habentibus. et
iam diximus quod de causa sit. quia necessarium est ut
sit sanguis in tali animali. et quia sanguis est
humidus. indiget vase in quo sit. et propterea
ingeniata fuit natura facere venas. et vene
indigent principio. et virtus est potius esse unum va-
dorum. melius est ita facere quando iuxta prin-
cipia. Si vero est cor principium venarum videmus
quod vene exeunt a corde et non videmus
transire per ipsum. et est creatio cordis ex
venis. quia ex genere venarum est. et sicut
cordis est conveniens ad ipsum esse principium. quoniam est

probatur quod vene a corde oriantur.

positum in loco superiori et anteriori. quia nobi-
lius est ordinatur in loco nobiliori naturaliter
et hoc quod dico manifestatur magis in homine et in aliis
pluribus aliis et secundum quod non ponitur cor in medio
corporis quod indiget necessario. et complementum illius
corporis est locus cerebri superfluitatis. alia vero mem-
bra sunt in aliis secundum dispositionem diversam.
et non sunt necessaria ad vitam. et propter hoc vivunt
animalia quando abscindantur membra illa. illi vero
qui finxerunt quod principium venarum est in capite
erraverunt et male dixerunt. quoniam posuerunt mem-
bra principalia distincta et in loco frigido. et hoc
non est. quia frigus eius aufert illi membro. locus
autem cordis est e contrario sicut diximus superius
quod vene transeunt per alia membra omnia inter-
iora et non transeunt per cor. et hoc non est quia cor
est una pars venarum. et hoc est verum quia in
medio corporis cor est. et calor eius est in corde
spisso concavo naturali. quoniam principium venarum est
ex eo. et est concavum ad recipiendum sanguinem
et est spissum ad custodiendum principium motus.
et in nullo membro est sanguis sine venis nisi in
corde tantum. sanguis autem qui est in aliis membris
est in venis. quoniam sanguis exit a corde et
vadit in venis. et non pervenit sanguis ad
cor ex alio loco. quoniam est fons et principium san-
guinis et primum membrum recipiens sanguinem.
Et hoc manifestatur ex anathomia et in genera-
tione. quoniam creatio cordis prius sanguinea ap-
paret. et est principium motuum ex delectabilibus
et ostensibilibus. et ultimus motus eorum fit ex illo
in capite ad ipsum tendentium. et ideo debet esse principium

ostendit quod vene hoc per quod [illegible]
quod cor est principium per quod [illegible]
videtur

unum in medio. quoniam ille est convenientior locus. et medium est unum. et venter eius expanditur ad omnia membra secundum unum modum. Et propter sermonem quod nullum membrum sanguineum habet sensum nisi ipse sanguis. dicemus quod tunc locus in quo est sanguis sicut vasis et necessarium est ut habeat illud. et prius sit eius. et hoc manifestatur ex ratione tantum. sed etiam per sensum. quoniam cor apparet in corpore embrionis in primo sue creationis et videtur moveri inter alia membra sua. [illegible] quoniam ipsum primum non alia habent sanguinem. et testimonium ad hoc est quod cor est in aliis habentibus sanguinem. quoniam sanguis necessario indiget principio. et ideo epar est in omnibus aliis habentibus sanguinem. tamen non potest dicere aliquis quod epar sit principium totius corporis nec principium sanguinis. quoniam non est positum in loco convenienti principio. et habet aliud membrum positum in eius opposito in aliis [illegible] scilicet splenem. et epar non habet locum ad recipiendum sanguinem sicut habet cor. sed sanguis qui est in epate retinetur in venis. sicut sanguis qui est in aliis membris. et est propter hoc membrum tamen sicut vene et non per cor. quod necessarium est ut sit alterum illorum principium et non est epar. erit igitur cor principium sanguinis. quoniam hoc est declaratum per sensum. et membrorum primum aliis habentibus [illegible] habet sanguinem ut cor quod est principium sanguinis et est sanguineum ante alia membra. et extremitas cordis est acuta et est magis dura residuo. et ponitur in corpore [illegible] est positum in anteriori corporis ut non infrigidetur cito. et propter hoc calido principio tri

paucae carnis et pluris maioris carnis et propter hoc habet cor cooperimentum multum ex parte dorsi. cor autem in aliis aliis est positum in medio pectoris. in homine vero declinat ad sinistram ut sit in contrario partis sinistre quoniam infrigidatur pars dextra. quoniam pars sinistra in homine est frigida magis quam in aliis aliis. et est cor positum in piscibus secundum unum modum sicut superius diximus. et iam declaravimus causam propter quam apparebat sic cordis [illegible]. et pars acuta cordis est in opposito capitis et in eo est motus. Et iam declaravimus quod in corde multitudo venarum. quoniam omnis motus est ab eo et ipsum extendit et trahit ad se. propter hoc igitur opus indiget cor fortitudine sicut diximus. et est in hoc sicut aliud in corporibus in quibus est et non est in aliquo corde os secundum quod videbimus postea quam in eo et in uno genere vaccarum. quoniam in corde vaccarum aliquando est os. propter magnitudinem corporis eius. Os igitur positum est in corde ut valeat ad sustentandum. sicut in omnibus corporibus. Et in corde magnorum aliorum magnorum corporum sunt tres ventres et in corde parvorum corporum sunt duo tantum ventres.

Et omnino oportet esse in corde aliquas venas quoniam cor oportet esse locus receptibilis sanguinis puri.

Et iam diximus multotiens quod sanguis oportet esse prius in corde. et debemus scire quod principia venarum sunt duo. scilicet vena magna et adorti et est utraque illarum duarum venarum principium diversarum venarum secundum differentiam. et nos dicemus dispositiones earum in ultimo. et propter hoc debent esse principia venarum diversa. quoniam sanguini

[illegible]

Nullum membrum sanguineum sensum habet nisi ipse sanguis

Probat quod epar non sit principium sanguinis

Pars sinistra frigida magis in homine quam in aliis aliis

dulcat est in duo. et propter hoc sunt loca que reci-
piunt sanguinem in aliis que plus pos-
sunt in his manifestiora et possibiliora
scilicet in aliis magni corporis. quoniam quedam corda
istorum animalium habent magnitudinem. et me-
lius est ut sint ventres tres. et ut sit v-
num principalis commune et medium singulare
et debent esse in istis ventribus magnitu-
dines. et in ventribus qui sunt in parte dextra
est sanguis multum calidus valde. et
propter hoc est pars dextra maioris caloris parte si-
nistra. Et sanguis qui est in parte sinistra
est minus frigior. et ventriculi habent sanguinem
temperatum in quantitate et qualitate. et est
valde humidus et ideo est in medio in quo est
prima vena. et in cordibus est divisio que
assimilatur suture. et illa divisio non est continua
ad invicem. sicut continuatio in compositione
craniis. sed sic diximus assimilatur di-
visioni iuncture. et corda animalium haben-
tium maiorem sensum sunt similia magis
divisioni iuncture. et corda animalium haben-
tium minorem pauci sanguinis habent di-
visionem iuncture sicut corda porcorum.
Corda autem diversantur propter magnitu-
dinem et parvitatem et mollitiem et duritiem
quoniam corda animalium carentium sensu sunt dura
et corda animalium habentium sensum sunt mollia.
[margin: cor magnum habens est timidum] Et habens magnum cor est timidum. et habens
mediocre est magis audax. Et accidit
accidens huic animali ex timore. non est nisi quia ca-
lor cordis est modicus et non potest implere ipsum.

quia calor parvus in corde magnis debilitatur et *[margin: calor parvus in magnis cordibus debilitatur]*
efficitur sanguis propter hoc frigior. Corda
autem magna in leporibus et cervis et asinis
et muribus et sbohuz et in aliis animalibus in
quibus manifestatur timor. et sicut mo- *[margin: comparatio]*
dicus ignis non calefacit in domo
magna sicut in parva sic modicus calor non
calefacit in cordibus magnis sicut in
parvis. et etiam motus motivi qui sunt
in quibus cor calor infrigidantur. et ideo erit
maior et fortior in locis amplis et
propter hoc non erit pingue nisi ad magnorum *[margin: ad magnorum ventriculorum non est pingue nec venarum magnarum]*
ventriculorum. neque ad magnarum venarum
sed omne ad parvorum ventriculorum et gracilium
venarum est pinguis carnis in maiori
parte. Cor autem solummodo inter omnia membra
interiora non potest pati dolorem neque infirmita-
tem facientem dolorem. et hoc rectum est quia
quando corrumpitur principalis in nullo adiu- *[margin: quia quando corrumpitur principale in nullo adiuvantur cetera membra]*
vantur cetera membra. Et alia membra reci-
piunt virtutem a corde. cor autem non recipit *[margin: cor non recipit ab aliis membris]*
ab eis. et signum huius est quod nullum invenimus in
corde eius apparenter dolor aut infirmitas
sicut apparet in aliis membris interioribus
quoniam in renibus apparent multotiens
lapides aut vulnera aut apostemata et simi-
lia in epate aut pulmone apparent multe in-
firmitates aliquando in eis que vicinantur
membris interioribus et magis in membris
que vicinantur pulmoni. Et vene magne
et infirmitates eius apparent in loco
continuationis eius cum vena magna

quoniam per hunc modum habet continuationem
cum corde. ergo omnes occasiones que accidunt
aliis non apparent in eo quod vicinantur cor-
di. Iam ergo diximus dispositionem cordis
et causam propter quam est cor in aliis habentibus
cor. et propter quid non est in quibusdam.

:. de venis

Sequitur de venis. scilicet magna que
adorti. quia iste due vene reci-
piunt sanguinem a corde primus. alie autem
vene oriuntur ab istis et ramificantur
ab eis. Et iam diximus quod causa ve-
narum est propter sanguinem. et nos volumus da-
re causam propter quam fiunt iste vene ex u-
no principio et quare dividuntur vene per totum
corpus. et dignum est dicere quod anima est una actu
fuit principium earum venis unum.
ex primo uno. et propter hoc fuit membrum in quo est illa
virtus unum primo in aliis partibus sanguinem potentia
et actu et in quibusdam aliis carentibus san-
guine actu tantum. et propter hoc necessarium est ut primus
calor sit in hoc membro. et iste calor cum causa esse-
di sanguinem calidum et humidum. Anima
ergo principium nostrum est in uno membro et in eo est pri-
mus calor. fuit calor sanguinis ex uno
principio. et propter hoc fuit vene ex uno principio.
et propter hoc fuerunt due partes. scilicet dextra et sinistra
et in aliis ambulantibus et habentibus sanguinem.
Et in corde omnium istorum animalium est determinatum
anterius et posterius et dextrum et sinistrum. superius et
inferius. et quantum anterius nobilius est
posteriori. tamen est vena magna nobilior ad-
orti. quia vena magna posita in anteriori: ad-
orti autem in posteriori. Et vena magna ma-
nifestatur in omnibus habentibus sanguinem.
adorti autem in quibusdam debiliter et in quibusdam non
videtur. causa autem propter quam dividuntur vene per totum
corpus est quia sanguis est materia totius corporis aliis haben-
tibus sanguinem. et in aliis carentibus sanguine
est pars conveniens sanguini et que convenit ipsi est
positum in venis. Et qualiter autem alveus
aque ex quo et quomodo recipit alveum ex venis. melius
est dicere in sermonibus positis in sustentatione membrorum
ex sanguine sicut diximus superius et rectum fuit
quod erat cursus sanguinis in venis et toto
corpore similiter. et si sustentatio eius membrorum est ex san-
guine et hoc assimilatur canalibus aque que sparguntur
in ortis que exeunt a principio uno et ab uno
fonte dividuntur plures per canalia et ille in alia.
ita quod veniat aqua ad omnibus locis. Et iste
generata fuit non et ponit etiam sanguinem
per totum corpus. quoniam sanguis materia est to-
tius corporis. et hoc manifestatur in aliis que ma-
cilenta sunt valde. quoniam non apparet in
eis [illegible] venas sic accidit foliis vitis et fo-
liis ficuum et similibus. quoniam quando desicca-
tur non apparet in eis nisi vene. Et causa huius
est quia sanguis et quod convenit ipsi est in potentia
corporis convenientis corpori et sic accidit in canalibus quo-
valde magne per quam [illegible] remanent lon-
go tempore. parve autem corrumpuntur cito et im-
plentur ex luto et carent aqua deinde veni-
unt ad priorem statum. quando curatur
et nimium desiccantur. ita accidit venis. scilicet quod
vene magne remanent et parve efficiuntur

Margin notes: anima est una actu · sanguis materia totius corporis · p. s · .ss. comparatio ad rivulos · .ss. optima comparatio

iungentur caro actu. et vene remanent no-
minate quando ante erant per vias in potentia
et propter hoc semper caro saliuata in quibus-
uenitur per quas currit sanguis. Et non
potest esse sanguis sine venis et ita
non manifestatur vena per viam omnino. sicut nec
manifestantur valles parue que separantur
ad cursum aque omnino. quando corrumpuntur
et tamen quando extrahantur non corrumpuntur
et vene procedunt a magnitudine ad
paruitatem quanto plus extenduntur in corpore do-
nec perueniant vie ad magnam angusti-
am et paruitatem propter grossitiem sanguinis. scilicet vie
continentes sanguinem cruentum. Et quod substantia
tenuis humida exit id quod dicitur sudor. et sudor non fit
nisi quando calefacit corpus et aperiuntur orificia ve-
narum. et iam accidit quibusdam hominibus su-
dor sanguineus propter maliciam complexionis corporis.
quia corpus parum fuit ad fluxum et fuit val-
de rarum et sanguis fuit valde humidus
et aquosus propter debilitatem caloris in venis paruitate
et magis propter paucitatem sanguinis. Et iam
diximus superius quod sanguis quando digeritur in-
spissatur. calor autem non potest digerere propter suam par-
uitatem. et hoc erit propter multitudinem cibi
caloris. et paruus vero multitudinis cibi.
Et multitudo vero cibi duobus modis. scilicet quan-
titate et qualitate. quoniam non totus sanguis
bene digeritur secundum unum modum. et vie san-
guinis sunt ample valde et propter hoc decur-
rit sanguis ex viis gingiuarum et viis
[illegible] et propter hoc decurrit multis sine do-

lore ex viis et sine grauitate. scilicet fluit ex
vena. Vena autem magna et adorti mutant
sua loca et ut inuoluantur et inuoluuntur
ad inuicem ut retineant corpus et sustentent
ipsum. cum extenduntur fiunt vene et vadunt
ad partes manuum et pedum et fiunt
ample et ramificantur. Et procedit una
pars a posteriori corporis ad suum anterius. et
alia pars ab anteriori ad suum posterius deinde
de contrario in unum locum. sicut accidit corporibus
que inuoluuntur ad inuicem. Iam accidit venis
quando coniunguntur ad inuicem. scilicet quia que sunt ex
anterius componuntur. Sed que sunt posterius et in
accidit venis que procedunt a corde. et proce-
dunt ad partem superiorem. dispositio vero ve-
narum et compositio et separatio earum non apparet nisi
ex anathomia et ex hoc quod narrauimus ex
dispositione et non aliter. Sufficiat ergo nobis
quod diximus de venis et de corde et sequitur
consideratio de naturis aliorum membrorum [illegible]
sicut fecimus superius de aliis. Animalia autem am-
bulantia habent pulmonem et non necessario quoniam in-
frigidatione indigent. et animalia habentia sanguinem non
magis indigent quoniam maiorem calorem habent.
animalia vero carentia sanguine sufficit eis de in-
frigidatione aeris illud quod in eo est. Animal autem quod ha-
nelat infrigidatur per aerem quem intrat in suo
anteriori. et propter hoc quod diximus quod omnia alia
anhelantia habent pulmonem. et omnia alia
[illegible] anhelant. Et quedam alia
aquatica anhelant sicut dolfini et animalia magna
dicta que grece malachie. et omnia super ma-

scilicet sanguis qui digeritur inspissatur

rum magnorum corporum que accipiunt aerem
et multa alia sunt que dicuntur vel scilicet a-
quosa et silvestria. et hoc accidit manenti in
aqua in maiori parte temporis et mul-
ta alia silvestria. sed hoc quod diximus
manent in aqua et que sunt silvestria
anhelant et ille anhelitus est complementum
vite eorum. pulmo autem est instrumentum et principi-
um meatus pulmonis est in corde et
ipse est contemperatus ad amplitudinem et
ad ... aeris secundum mollitiem
et vacuitatem et concavitatem et mag-
nitudinem sui corporis. et cum inflatur intrat
aer et cum constringitur exit aer. et pulmo
quia est dicens pulsum cordis et non inflatur
nec elevatur inferius. pulsus autem cordis
non accidit nisi in hoc capite quando homo
separatur et tunc. Et pulmo est dicens per
sui cordis et anhelitus sicut diximus.
Et in pulmone animalium est magna diver-
sitas. quedam enim alia habent pulmonem sangui-
neum et magnum. et quedam alia habent
pulmonem vacuum et concavum. Et illa que ge-
nerant alia habent pulmonem magnum multi
sanguinis secundum calorem naturalem. pulmo vero aliorum
ovantium est parvus et siccus et habet posse in-
flari et tunc extenditur quando inflatur sicut in ani-
malibus ambulantibus sicut in tortuca et
lacerto et aliis similibus. et cum ... avium
que generant ova ... avium habet pul-
monem parvum similem spume. quando spu-
ma efflatur parva ex multo ipsius dis-

solvitur et fit aqua. istius. pulmo autem aliorum est
parvus que tela. et secundum hoc omnia ... non
sitiunt et abstinent longo tempore
a potu secundum paucitatem caloris in cor-
pore. Istud autem in fundamento ex motu pulmonis
quia eius motus adducit motum aeris.
Et accidit ut sit magnitudo istorum pulmonum
minor magnitudine aliorum animalium. calor enim est
... et in extremitatibus et in ...
vel sanguinis est signum caloris. calor autem
recipit corpus animalium et secundum hoc eius fuit homo
erecti corporis plus aliis animalibus. et non
manet in ... aut in similibus
quod accidit generantibus et non carent pedibus.
Et universaliter creatio pulmonis non fuit nisi propter ha-
nelitum. quedam enim membra interiora sunt
divisa in duas partes et quedam non sicut
pulmo et cor. Et de quibusdam est dubium
utrum sint divisa vel non sicut epar quod
habet duas partes quamvis sint continue
ad invicem et propter hoc videtur ut sit unum et
similiter omnia membra interiora sunt dupla
et causa illius est quoniam corpus dividitur in partes duas
scilicet pars inferior et superior et dextra et sinistra
et anterior et posterior. et propter hoc opinatur quod
cor est animalis divisum in duo
et similiter ... et propter hoc dividitur
cor in ventriculos. pulmo autem dividitur in
corporibus animalium generancium animalia in duo. et secundum
hoc putant multi hominum quod habent duos
pulmones. Divisio enim renum
est manifesta cuilibet. in epate vero et splene

membranam

de pulmone

est dubium. et causa illius est quia animalia habentia splenem non opinantur quod splen est epar in porcis. Et in aliis carentibus splene necessario. sed habent splenem valde parvum sicut signa ad putandum. Et iam invenitur epar divisum in duo et maior pars est in dextra parte et minor in sinistra parte. et sicut hoc est manifestum visui. et non manifestatur in aliis ovantibus. sed in quibusdam quoniam forte inveniuntur epar divisum in quibusdam istorum animalium. et in quibusdam locis et regionibus. sicut accidit in dechedinoz (?). quoniam opinatur de eo quod habeat duplex epar. sicut quidam pisces ut celeti (?). et epar sic epatis est in dextra. erit sicut splenis in sinistra. Et sicut diximus quod dextra et sinistra sunt causa divisionis membrorum que sunt sub pariete (?). Et causa membrorum interiorum est quod venas ut sint in corpore ligate in istis membris sicut corde (?) cum quibus ligantur naves quando anchorantur. et hoc erit in partibus extensis ex vena magna ad epar et splenem. quoniam ista duo membra sunt sicut clavelli (?) qui retinent corpus. Et vena igitur magna procedit ad epar et splenem ad unam partem interiorum et vene que exeunt ex vena magna non procedunt nisi ad ista duo membra tantum. Et in posteriori corpore sunt vene et procedunt ad ipsos vene. non ex vena magna tantum. sed etiam ex adorti. quoniam ab illa vena exeunt due vene. quarum una vadit ad dextrum renem et alia ad sinistrum. Epar autem et cor possunt decoquere cibum. quoniam sunt ex sanguine et propter hoc habent multum calorem. Renes autem sunt ad colandum superfluitates humidas que exeunt ad vesicam. Ratio igitur est quia sunt ista membra in corpore animalium. scilicet epar cor et propter primum calorem quoniam debet esse res sicut fornax. ut calor illius sit in eo et ut sit calor conservatus. quoniam ille calor regit corpus sicut princeps regionem. epar autem est ad coquendum et digerendum. et omnia animalia habent sanguinem indigent istis duobus membris et propter hoc omnia habent cor et epar. animalia autem haneclaus (?) indigent etiam membro scilicet splene. Et splen est in corporibus animalium accidentaliter et non necessario. quoniam assimilatur superfluitati ventris et vesice et propter hoc splen est parvus in quibusdam avibus et magis in avibus calidi ventris sicut in columba anapis (?) et miluo. et similiter accidit aliis quadrupedibus ovantibus. et in multis aliis habentibus corticem scilicet carentibus vesica. quoniam superfluitates corporis declinant ad partem cutis (?). et de carne procedunt ad partem plumarum. splen vero attrahit ex ventre superfluitatem humidam [illegible]. et hoc est cum desiccationis ventris et cum [illegible] splenis. propter augmentum habent in eo. Et sicut accidit eis quando tangunt multum propter accidentem humidi extra suum locum. Si autem fuerit superfluitas corporis pauca. tunc erit splen parvus sicut accidit piscibus et avibus. quoniam ex eis est animal quod habet splenem.

calor illius regit cor sicut principem regionem.

quare volatilia vesicam non habent (?) non superfluum (?) pro digestione.

cum desiccatio splenis (?)

valde parvum sicut signum. et in aliis
aliis quadrupedalibus ovantibus est
avibus autem quod splen invenitur in illis
aliis parvus. et creatio huius est sicut
creatio renum. quoniam creatio pulmonis est gra-
nea et mollis et pauce digestionis. illa
igitur superfluitas declinat ad partem
corporis et squamas sicut declinat in
avibus ad plumas et alas. In aliis vero ha-
bentibus vesicam et pulmonem sangui-
neum invenitur splen siccus propter hoc
quod diximus. et quia non similiter partes viscerum sunt
sinistrorum et dextrorum. Et unumquodque eorum est
divisum similiter eorum. quoniam dextrum
est communius et calidius quam sinistrum. Et est
alteratio generatio similiter modo quo diximus.
Renes autem non sunt nisi propter meliorem
et non ex necessitate propter superfluitatem corporis que a-
ggregatur in vesica. Et illa superfluitas
est multa in aliis in quibusdam re-
nes igitur sunt creati ut sit opus vesice
melius et perfectius. et quia opus renum et
vesice est unum. debemus dicere de vesica
et dimittemus aliqua membra. quoniam adhuc non
diximus dispositionem nec paruit nec diximus
de ea aliquid et non habet quibusdam autem vesicam. Et
ideo quod non dedit vesicam aliis habentibus san-
guinem tantum et quibusdam autem habentibus pulmonem
sicut diximus et propter hoc non indigent cibo non
sicco tantum. sed humido plus quam sicco.
Et necessarium igitur est ut sit membrum recipiens
hanc superfluitatem. et propter hoc erit vesica

in omnibus aliis habentibus pulmonem sangui-
neum sicut diximus superius. Avis vero carens
pulmone et potans modicum aque. caret ve-
sica et hoc avis recipit aquam in potum
sed propter cibum sicut aves annulosi corii et
pisces. Aves vero habentes plumam aut squamam
aut corticem non habent vesicam propter pau-
citatem potus et quia superfluitas aque transit
in plumam et alia preter corticem. quia pisces
cortices magis est carnosi et sanguineus. et
similiter plenior valde. Animalia autem corti-
cis silvestris est malus quam debet esse.
quoniam cor eius generatur in testa spissa. et
propter hoc non dissolvitur nec dissolvetur nisi in car-
ne tantum. sicut in aliis et avibus squamosi
corii. et propter hoc fuit vesica in cortice. ut
sit recipiens superfluitatem. id est vas. et propter hoc
invenitur vesica cortice marine et sil-
vestris valde parva. et similiter renes est. Omne
animal autem habens plumam aut corticem
aut squamam habet vesicam omnino preter corticem
marinam et silvestrem. quoniam caro pertinens
ad renes separatur in partes quasi creatio
est similis creationi renum in quibusdam avibus.
Et dico quod dicitur genus avium non habet renes nec
vesicam propter mollitiem sue teste. quoniam
illa mollities est causa dissolutionis humiditatis
et propter hoc non habent amorem ad illorum membrorum
alia vero animalia habentia pulmonem sangui-
neum habent renes sicut diximus. et non
non vocantur renibus nisi propter venas et ad partem
superfluitatis. et in omnibus renibus est

c[ausa] quare splen sit ... ut de ...

... de creatione renum

de vesica propter quid sit

habens pulmonem ... sicut

Avis carens vesica non ... cibum

Avis habens plumam aut squamam aut corticem non habet vesicam ...

De venis hominis que assimilantur venis vacce

profunditas propter multitudinem cibi. Et cavatio autem venarum hominis est sicut cavationi venarum vacce. et sunt valde duri magis aliis membris. et vene hominis assimilantur venis vacce. quia exeunt ex venis multis partibus. non ex cartilagine leni et [illegible]. sicut renes ovium et aliorum quadrupedum. et propter hoc est dolor venarum hominis difficilior dolore qui infirmantur. quando infirmantur. quia in multis venis via que procedunt a vena magna ad renes non pervenit ad profunditatem. et propter hoc non invenitur sanguis in profunditate venarum neque coagulatur ibi. et ex profundo venarum exeunt due vene in quibus non est sanguis. et perveniunt ad vesicam. et sunt vene due et fortes. et alie due exeunt ab adorti et fortes et succedunt ibi ut exeat superfluitas humida ex vena magna ad renes. et in venis est foramen propter colationem humiditatis in ipsis venis. et propter hoc est profunditas venarum in quibusdam aliis magna. et propter hoc

quare renes ferventes plus aliis membris

sunt renes plus ferventes aliis membris interioribus. et ex medio exit quod superfluitas et vadit in vias ultra quibus pervenit ad vesicam. et iste vie sunt fortes valde et dure. et propter hoc est cavatio venarum in corpore assimilatur et in venis sunt ventres [illegible].

Ren vero dexter est altior sinistro in omnibus habentibus renes. quia motus cordis est ex parte dextra et est fortior et motus illius debet facere viam

motus illius omnium membrorum parte dextra ad superius

omnium membrorum in parte dextra ad superius. et propter hoc moventur dextrum palpebrum ad superius et declinat sinistrum ad inferius. et hoc quoniam ren dexter est altior quam ren sinister ad hoc ad superius et tangit renem dextrum in omnibus aliis habentibus renes. et in renibus est multum sepum plus aliis membris interioribus. propter colationem superfluitatis que sanguis continetur ubi est bone digestionis et decoctionis. Et complementum bonitatis digestionis sanguinis est pinguedo et zirbus. sicut dicit colligitur quoniam sunt sicca. scilicet quia superfluitas eorum est cinis. in aliis humoribus decoctis et digestis. scilicet quia superfluitas eorum pinguedo est et zirbus. quoniam non veniunt ex eis nisi humor humidus. et propter hoc pinguedo est levis et natat super humorem. et pinguedo non est in corde venarum. quoniam cor eorum est spissum valde plus aliis membris interioribus. sed ista pinguedinis est circa cor venarum et circumdat ipsos sicut fuit ex aliis parientibus pinguedinem. et sicut fuit ex aliis zirbosis erit zirbus circa renes.

propter complementum bonitatis decoctionis est pinguedo et hoc nota.

